

Privilegium Donationis Decimæ per
Episcopum Vladislaviensem, et Pome-
ranie Monasterio Pöplinensi de
villa Krölowy las.

137

In Nomine Domini Amen. Cuncto-
rum perit memoria factorum, nisi fide-
lium testimonio solent perhennari. Inde
est, quod nos Mathias Divine, et Apo-
stolice Sedis providentia Ecclesie Vladi-
slaviensis Episcopus una cum consensu
fratrum nostrorum, Capituli Vladislaviensis
ob rem divinam, et salutem anime no-
stræ Decimam mensæ nostre Episcopalis
in villa dicta Sylva Regia sita in Ter-
ra Pomeranie exposuimus, et exponimus in
his Scriptis, interposita tali conditione, et
adjecta, quod Dominus Abbas cum con-
ventu Domus de Pöplin Ordinis Cister-
ciensis nobis, et nostris Successoribus ra-
tione Decimæ campestris tres marcas
usualis monete in die beati Martini sin-
gulis annis perpetuis temporibus solvere
tenebuntur. In cuius rei testimonium Sigil-
lum nostrum, et Capituli nostri presenti-
bus sunt appensa. Datum, et Actum in
Racione in die Sanctæ Gertrudis, anno
Domini 1355. Presentibus Honorabilibus,
et Discretis Viris, Siblato Preposito,
Stanislas Archidiacono, Borislao Cantor-
re.

re, Sandivio Custode, Vladislavien-
bus, Joanne Diebo Bonlo Canonico
Crusficiensi, Paulo, Andrea, Capella-
ni Curie nostre, et aliis quam
plurimis fide dignis.

Sigilla duo coperta tella in
modo.

[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]